



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

21. de modo loquendi de personis cum exclusua dictione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

E P I T O M E

D E M O D O L O Q V E N D I
de Personis cùm exclusiua
dictione.

D I S T I N C T . Vigesimæ primæ
C A P . Primum.

Conceditur hæc, Solus Pater, &c.

Quoniam dictū est suprà quòd tantus
est solus Pater, vel solus Filius, vel so-
lus Spiritus sanctus, quantum si-
mul illæ tres, &c. Ideo quærit August. 5. de Cap. 8
Trin. Quomodo hæc sanè dici possunt, quū
nec Pater sit solus, nec Filius, nec spiritus san-
ctus, sed inseparabiles sint hæc tres personæ?

Solus ex- Ad quod ita respondet idē Aug. in eod. So-
cludit à lum Deum Patrem dicimus, non quia sepa-
proprieta - ratur à Filio, vel Spiritu sancto. Sed hoc di-
te relativa centes significamus quia illi simul cum eo
& non a non sunt Pater: Solus enim Pater, Pater est.
pluralitate quod non dicitur quia ipse sit solus, id est
personarū. fine Filio vel Spiritu sancto. Cùm ergo di-
citur, Tantus est solus Pater, quantum simul
illi tres, per hoc quòd dicitur solus, non se-
paratur pater ab aliis. Sed hic est sensus: So-
lus Pater, id est Pater, qui ita Pater est, quòd
nec Filius, nec Spiritus sanctus, tatus est. Si-
militer intellige cùm dicitur, Solus est Fi-
lius, Solus Spiritus sanctus.

C A P . Secundum. Non conceditur hæc,
Solus Pater est Deus.

Verum sicut dicitur Solus Pat. est Pat. vel
solus Filius est Filius: ita posse dici, *Essentiales*
Solus Pater est Deus. Dicendum quod termini de
quum tres personae sint unus Deus, Trinitas personali-
simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut *bus cū ex-*
solus sapiens & potens. Ideo haec non videtur *clausa nō*
à nobis concedi, nisi ubi sermo authoritatis dteuntur.
occurrit: Solus Pater est Deus, vel Pater est
solus Deus: ita de Filio & Spiritu sancto. ut
dicit Aug. lib. 7. de Trinit.

C A P. Tertium. Trinitas so-
lus Deus dicitur.

Quartitur quomodo ipsam Trinitatem
dicimus solum Deum, quem sit cum spiritu
tibus & animabus sanctis. Ad
quod respondeat August. lib. 5. de Trinit. di-
cens: Trinitatem dicimus Deum solum, quem
semper sit cum spiritibus & animabus san-
ctis. Sed solum dicimus, quia non aliud quam
ipsa Trinitas Deus est. Non enim illi cum il-
la Deus sunt, sed ipsa tantum Trinitas
Deus est.

C A P. Quartum. Si Pater diceretur
solus Deus, non tamen excludetur
Filius aut Spiritus sanctus.

Veruntamen (ut ait Augu.) et si de solo
Patre praedicta dicerentur, non tamen
excluderetur Filius aut Spiritus sanctus.

E P I T O M E

quia hi tres vnum sunt: sicut in Apoc. legi- 1. Io. 1.
tur de Filio, quod habet nomen scriptum, Ca. 19
quod nemo sit nisi ipse. Non enim inde sepa-
ratur Pater aut Spiritus sanctus. Et cum di-

D. Tho. 1. citur, Nemo nouit Patrem nisi Filius, no-
q. 31. artic. de separantur alij. Aliquando & nominan-
3. C. 4. tur Pater & Filius, & tacetur Spir. sanctus:
ut Veritas ad Patrem ait, Ut cognoscant te so-
lum Deum. & quem misisti Iesum Christum.
Cur (ait Aug.) tacuit de Spir. sancto? Quia
cosequens est ut ubicunque nominatur unus,
reliqui intelligantur.

D E M V L T I P L I C I N O M I-
N U M A C P R A E D I C A T I O N U M D I F F E R E N T I A I N D I U M I S I.

D I S T I N C T . 22. C A P . Primum.

*Sextuplicia sunt Nomina quae Deo tribuuntur
secundum substantiam.*

D Einde demonstrandum quibus modis de-
ineffabili illa Trinitate ac unitate ali-
quid dicatur. Illud ergo praecepit te-
neamus quædam esse nomina ad singulas per-
sonas distincte pertinentia (ut ait Aug. lib. 9.
de Tri.) quæ de singulis tantum dicuntur per-
sonis. Quædam vero essentiae unitate significan-
tia, quæ & de singulis sigillatim, & de o-
mnibus communiter dicuntur. Quædam transla-
tiue & per similitudinem de Deo dicuntur. Pro-
prietatis itaque indicia sunt (ait Amb. lib. 2. de
Tri.) generatio, Filius, Verbum: Unitatis vero